BIBL. DE L'UNIVERSITÉ

OBLONGS
32

THÈSES

ANCIENNES

DU

XVII^E SIÈCLE

2

OBL 32_2

LA VRILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE)	Philosophie	9 août 1657	II	227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul-Philippe)	Philosophie	8 sept. 1661	II	152 ,et
			II	152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)	Philosophie	/3 nov./1662	II	153
LE BOUTHILLIER(François)	Théologie	/13 fév/1662	II	154 ;et
			II	154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)	Philosophie	8 juill.1656	II	155
LE BRUN (Henri)	Philosophie	28 juil.1659	II	156
LE CAMUS (André)	Philosophie	6 août 1660	II	157
LE CAMUS (Etienne)	Théologie	28 nov. 1656	II	158
LE CHAPELIER (Georges)	Théologie	18 févr.1662	II	159
LE DOULX (Florent)	Théologie	/8/ mai 1656	II	160
LE FILLEUL (Claude)	Philosophie	10 août 1660	II	161
LE FRANC (Aegidius)	Philosophie	/5 septembre/ 1660	II	162
LE GAIGNEULX (Jacques)	Théologie	7 janv. 1662	II	163
LE GOBIEN (Guillaume)	Théologie	2 oct. 1657	II	164
LE GRAS (Frère Bernard)	Théologie	12 févr.1657	II	165
LE GRAS (Frère Bernard)	Théologie	29 nov. 1657	II	166
LE HOUX (Jean)	Philosophie	18 août 1658	II	167
LE MOYNE (Alphonse)	Théologie	17 avri.1663	II	168
LE NORMAND(Fr.Guillaume)	Théologie	/10 jan.1662/	II	169 ,et
			II	169bis.
LE PETIT (Nicolas)	Théologie	9 mai 1659	II	170
LE PICART (François)	Théologie	25 janv.1652	II	171
LE ROUGE (Charles)	Théologie	13 avr. 1667	II	172
LE ROUX DE NEUVILLE(Pierre)	Théologie	15 mai 1659	II	173
LE SAUVAGE (René)	Théologie	26 sept.1657	II	174
LE TELLIER (François)	Philosophie	21 août 1661	II	175
LE VERRIER(René)	Théologie	26 juillet 1652	II	176
LELEU (Joannes-Baptista)	Théologie	/29/sept.1667	II	177
LEMPEREUR (F.Claude)	Théologie	/7 juin/1669	II	178
LEMPEREUR (Henri)	Philosophie	10 juil.1661	II	179
LENOIR (Pierre)	Philosophie	6 août 1662	II	180 ,et
				180bis.
LEOTAUD (Charles)	Théologie	23 mai 1664	II	181
LIONNE (Louis-Hugues de)	Philosophie	2 juill.1662	II	182
LOMENIE DE BRIENNE(Charles-François de)	Philosophie	16 juil.16..?	II	183
LOMENIE DE BRIENNE(Charles-François de)	Théologie	14 janv.1664	II	184
LOTTEAUX (Louis)	Théologie	19 sept.1669	II	185
LOUBERES (F.Prosper)	Théologie	5 août 1669	II	186
LOUVERSE (F.Pierre)	Philosophie	2 août 1665	II	187
LOYS (F.Jérôme)	Théologie	9 févr. 1662	II	188
MACQUERE (Nicolas)	Philosophie	12 juil.1670	II	189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)	Philosophie	10 août 1662	II	190

MAILLET (Pamphile)	Théologie	5 déc. 1661	II	191
MALETESTE (Jean)	Théologie	/11/avr. 1663	II	192
MALITOURNE (Jacques)	Philosophie	10 août 1665	II	193
MALLET (Nicolas)	Théologie	15 oct. 1663	II	194
MARGUERY (Nicolas)	Philosophie	30 juil.1651	II	195
MARILLAC (André de)	Philosophie	10 août 1659	II	196 ,et)
			II	197)
MARILLAC (René de)	Philosophie	3 août 1659	II	198
MARNE (F.Georges)	Philosophie	29 mai 1662	II	199
MAUGER (Laurent)	Philosophie	8 juill.1663	II	200
MAURAGE (Pierre)	Théologie	3 sept. 1669	II	201
MELICQUE (Nicolas)	Philosophie	8 août 1660	II	202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de)	Théologie	/8/août 1660	II	203
MERAULT (Pierre)	Philosophie	7 juillet1658	II	204
MEUR (Vincent)	Théologie	4 juin 1661	II	205
MICHAU (Jean)	Théologie	29 mars 1662	II	206,et)
			II	206bis)
MICHON (Michel)	Philosophie	2 oct. 1662	II	207
MIGUET (F.Charles)	Philosophie	5 juillet1652	II	208
MOLE (Louis)	Philosophie	28 août 1661	II	209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)	Philosophie	22 août 1660.	II	210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)	Théologie	4 janv. 1662	II	211
MOREL (Zacharie)	Philosophie	/16/août1671	II	212
MORIN (Henri)	Théologie	23 janv.1660	II	213
MORROGH (Pierre)	Droit canon	/16/avr.1669	II	214
MOUSSEAUX (Pierre)	Théologie	17 mars 1668	II	215
NATTIN (Jean)	Théologie	/14 nov/1669	II	216
NOÜET(Anne)	Théologie	21 mai 1663	II	217
O MOLONY (Mathieu)	Droit canon	28 mai 1664	II	218 ,et
			II	218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)	Philosophie	26 août 1661	II	219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE-DU-MAINE (François)	Théologie	30 déc. 1655	II	220 ,et
			II	220bis.
PAPELART(Jacques)	Droit canon	11 août 1661	II	221
PAUROT (Charles)	Philosophie	28 juil.1660	II	222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar)	Théologie	28 juin 1657	II	223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de)	Théologie	5 févr. 1656	II	226
PERIER (Antoine)	Théologie	9 sept. 1662	II	224
PERRIN (Guillaume)	Théologie	24 janv.1651	II	225
PICQUES(Bernard)	Théologie	5 mai 1663	II	228
PICQUES(Louis)	Philosophie	1erJuil.1657	II	229
PIETRE(Paul-Claude)	Philosophie	14 sept.1662	II	230
PIN (Jean)	Philosophie	29 juin 1665	II	231
PIOT (Jean)	Théologie	/23 fév/1662	II	232
PISTEL (Laurent)	Philosophie	16 juil.1662	II	233

POITEVIN (Armand)	Philosophie	25 juil.1648	II	234
PONCET (Michel)	Philosophie	11 juil.1660	II	235
POREE DU PARCQ(René)	Philosophie	28 juil.1661	II	236
POTIER (Jean)	Théologie	22 févr.1662	II	237
POULIN (François)	Philosophie	15 juil.1663	II	238
PURCELL(John)	Philosophie	4 juin 1666	II	239,et
			II	239a,b,c,et d.
REGNARD (Jean)	Philosophie	8 juil. 1662	II	240
REGNARD (Julien)	Philosophie	...juin 1658	II	241
REGNARD (Julien)	Théologie	10 nov. 1661	II	242
REGNARD (Julien)	Théologie	/30/août1664	II	243
RESTAURAND (F.André)	Théologie	/11/oct.1655	II	244
ROBERT (Jean)	Droit canon	/30/déc.1665	II	245
ROSTIN (Michel de)	Théologie	28 févr.1656	II	246
ROSTIN (Michel de)	Théologie	1er fév.1661	II	247 ,et
			II	247bis.
ROUSSEAU (Jean)	Philosophie	7 juil. 1668	II	248
ROYNETTE(Simon)	Théologie	18 avr. 1662	II	249
SANTEUL (Pierre de)	Théologie	12 juil.1661	II	250 ,et
			II	250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)	Philosophie	29 juin 1662	II	251 ,et
			II	251bis.
SAUSSOY (Jean)	Théologie	9 nov. 1646	II	252
SAVIGNAC (Louis de)	Théologie	/4/janv.1670	II	253
SELLIER (Claude)	Théologie	13 févr.1662	II	254
SENAUX (Bertrand de)	Théologie	/23/fév.1662	II	255
SEVERT (Antoine-François)	Théologie	20 mars 1668	II	256
SEVIN (Michel)	Théologie	8 févr. 1668	II	257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)	Théologie	17 jan. 1654	II	258 ,et
			II	258bis.
SIMENEL (Pierre)	Théologie	1er fév.1662	II	259,et
			II	259bis,ter et quater.
STAPLETON (Edmond)	Philosophie	24 juin 1668	II	260
SUZE (Anne-Tristan de)	Philosophie	25 juil.16...	II	261
TAMPONNET (Antoine)	Théologie	11 févr.1664	II	262 ,et
			II	262bis.
TANOARN (Julien de)	Théologie	/3/févr.1661	II	263
TERRAT(Gaston-Jean-Baptiste)	Philosophie	27 juil.1661	II	264
VAILLANT (Antoine)	Philosophie	5 août 1657	II	265
VALBELLE (Louis-Alphonsede)	Théologie	7 nov. 1664	II	266
VANIER (Claude)	Philosophie	......?.....	II	267
VERDUN (Claude)	Philosophie	10 août 1659	II	268
VIC (Médéric de)	Théologie	/31/déc.1664	II	269
VREVIN (Antoine de)	Théologie	20 avr. 1657	II	270

--ooOoo--

1158445551



VENERENTVR alij Te, (Abbas Illuſtriſſime) quicumque Tuum in ſimili periculo patrocinium expetunt, virtutis nomine, alij potentiæ, alij benignitatis maxime: Ego porrò, quod tua feret humanitas, iure ſanguinis ad te confugio. Tuos certè non deſpicies qui faues omnibus; nec ea comitas quæ valuis patentibus miſeros pariter beatoſque omnes vltrò inuitat, arcebit vnquam à limine Tuo, inſignitum beneuolentiâ tuâ ſupplicem ex tuis vnum. Inſitum hoc habet nobilitas omnis, vt multis eſſe vtilis velit. Ea quidem in Te fulget inſignis: ac Pietas accedens iam Te non multorum ſed omnium facit, vt quos magnificentia tua propter tenuitatem complecti non poſſit, eos ipſa omnes quaſi ſuccenturiata beneficijs proſequatur. Rara virtus eſt pia magnificentia. Pietas enim timidula eſt, & ad omnem faſtus ſuſpicionem exhorreſcens etiam ipſum magnificentiæ fulgorem ſubueretur. Magnificentia contrà ſublimia omnia ſpectat, & ingenitam Pietati Modeſtiam de vilitate ſæpe numero ſuſpicatur. Vtraque tamen ſecura apud tecta tua degit (Abbas Illuſtriſſime) non metuit Pietas ſuperbiam, pro quâ excelſiſſimam animi grauitatem demiratur. Non Magnificentia timet ignauiam, pro quâ ſuppoſitam videt incredibilem prolixi animi comitatem; quæ vt illa tibi reuerentiam, ſic ipſa mirum omnium amorem conciliet. Illa quidem Principes viros lautè pro dignitate excipit: hæc Sacerdotum, Religioſorumque virorum agminibus publicum pandit hoſpitium. Illa caduca luculentiſſimæ olim Abbatiæ ædificia reſtaurat ſumptuoſius; hæc collabentem apud alias domos inclyti ordinis diſciplinam quantum poteſt Generalis authoritas pro viribus fulcit, & ſuſtinet, in tuo certè Monaſterio florentem ac vegetam ab ignominiâ reformationis longè ſubmouet. Quod vt præſtet ſecurius, dignum tibi ſucceſſorem deſignauit chariſſimum illum nepotem, tantis virtutibus ſupparem, ingenio maximo, doctrinâ ingenti, [illegible]rtiâ ſingulari, modeſtiâ non vulgari, Pietate carum omnibus iuxta ac mirabilem, quem & tuis curis educatum eius inſtituta facilè produnt & inter opera tua maxima fœtum glorioſiſſimum eſſe illarum liquidò manifeſtant. At quid ego tamdiu Tuis laudibus immoror, quaſi his patrocinium Tuum promereri me oporteat quod nemini non impendis? Adſis itaque, (Abbas Illuſtriſſime) certamini Noſtro votis ſaltem, & inter tot ſupplicantium preces, magnatum officia, Ordinis negotia, Religioſas ſollicitudines, præripe ſpatium breue quo faueas ſupplicanti ſanguini Tuo. Vale.

CONCLVSIONES PHILOSOPHICÆ.

EX LOGICA.

I.

PHILOSOPHIA, eſt rerum diuinarum, & humanarum ſcientia primo parenti ad notitiam veritatis, & actiones virtutis, Deo authore, infuſione conceſſa; hominum negligentia deperdita; admiratione & experientia reparata; ad nos vſque doctrina eſt deuoluta.

II.

LOGICA, eſt virtus mentis practica ars ſimul & ſcientia operationum mentis per certas regulas ad uerum directiua; ſcientijs in ſtatu perfecto comparandis abſolutè neceſſaria; in docentem, & vtentem tanquam in habitus realiter indiſtinctos eſt diſtributa.

III.

NEc ideæ Platonis, nec voces Nominalium, aut conceptus Stoïcorum ſunt vniuerſale in eſſendo, vel prædicando, ſed naturæ vniuerſales, quarum vniuerſalitatis, & diſtinctionis à ſingularibus fundamentum eſt in rebus, complementum ab intellectu.

IV.

QVINARIVS vniuerſalium numerus ad praxim retinendus. Vt genus in vnâ ſpecie, ſic ſpecies, in vnico indiuiduo conſeruari poteſt. Dantur ſpecies vltimæ, quæ genera fieri nequeunt, vt homo, ſpeciē perfectiorem non abſoluit vnica differentia ſimplex. Proprium quarto modo eſt quartum vniuerſale. Accidens eſt quod adeſt & abeſt ſine ſubiecti interitu.

V.

DENARIVS Categoriarum numerus commodiſſimè in lycæo ſtatuitur. Non igitur vnam vel duplicem Categoriam ſtatueris; nec ens reſpectu Dei & creaturæ, ſubſtantiæ & accidentis, entis realis & rationis, vniuocum, æquiuocum, vel genus dixeris, ſed analogum; vt & accidens reſpectu nouem generum.

VI.

PRIMA inter Categorias eſt ſubſtantia. Suo ſinu complectitur cœlos, & Angelos, non Deum. Sunt in creatis relationes reales. Eæ nec ſunt denominationes externæ, nec entitates modales fundementis ſuperadditæ. Multæ ſunt ad Deum; nullæ reales Dei ad creaturas.

VII.

ENVNTIATIO eſt oratio ſignificans rem eſſe vel non eſſe; ſingularium contradicentium de futuro contingenti vna eſt determinatè vera, altera determinatè falſa; at non abſolutè. Scientia eſt demonſtrationis fœtus, hæc cum fide, & opinione, de eàdem re, in eodem intellectu eſſe poteſt.

EX MORALI.

I.

MORALIS vitæ magiſtra eſt ſcientia practica ſimul & prudentia, actionum humanarum ad honeſtatem directiua: iuuenes licet minus idoneos auditores admittit, diuiditur in Monaſticam, Oeconomicam, & Politicam.

II.

FORMANDORVM morum principium eſt notitia finis. Finis omnis bonus. Bonum, eſt quod omnia appetunt, & ita bono appetibilitas eſt propria vt odio haberi non poſſit; & malum appeti. Vtile ſimpliciter ab honeſto in rebus humanis ſeparari non poteſt. Naturæ fortunæque munera ſunt verè bona.

III.

OMNIA popter finem agunt; at non eodem modo: rationalia formaliter; ratione deſtituta materialiter tantum. Datur finis vltimus quē homo in omnibus ſuis actibus appetit; is ſecundum opinionem multiplex; ſecundum rei veritatem vnicus; puta Deus; cuius perfecta cognitio, & dilectio vera fœlicitas.

EX MORALI

IV.

SVMMI mali exiſtentiam qui aſtruit, eius naturam deſtruit; nec miſeros facit, paupertas, dolor, ſeruitus; imo miſerior eſt improbus diues, quam pauper: ſola improbitas conſummata eſt ſtatus miſeriæ, cuius præcipua ſedes, vt & fœlicitatis, intellectus, & voluntas; hæc cogi poteſt ad actus imperari ſolitos, non ad elicitos.

V.

QVÆ fiunt per ignorantiam, non ſunt voluntaria. Quæ ex metu maioris mali, mixta ex voluntario, & inuoluntario; volontarijs tamen ſimiliora. Quæ ex concupiſcentia conſequente magis voluntaria; quæ ex antecedente, minus voluntaria; interdum & inuoluntaria.

VI.

INEST homini liberum arbitrium non brutis; non eſt adhæſio ad Deum, aut eminentia & amplitudo ex eâ adhæſione, ſed facultas eſſentialiter indifferens ad agendum, & non agendum poſitis prærequiſitis, huius radix intellectus, ſedes voluntas.

VII.

DANTVR habitus actiui, actuum repetitione comparati. Non tamen in vi motrice. Per intenſiores, non remiſſiores, aut æquales intenduntur. Paſſiones non ſunt eliminandæ, ſed moderandæ. Omnes actus humani ſunt boni, vel mali, nulli indifferentes in indiuiduo. Malitia nihil eſt reale.

VIII.

VIRTVS moralis eſt habitus eſſentialiter, bonus. Omnis exceptâ prudentiâ in voluntate; exceptâ iuſtitiâ in medio duorum vitiorum. Tanta eſt inter, eas connexio, vt vna ſine alijs perfecta eſſe non poſſit. Prudentia cæteris modum ponit, temperantia voluptatibus guſtus, & tactus.

IX.

FORTITVDO timoris, & audaciæ moderatrix; in ſuſtinendo, quam in aggrediendo eſt illuſtrior. Pro aris & focis occumbere fortis erit. E contrà ſe ob calamitates, ſenium, paupertatem, & ſimiles occidere; vt & duello confligere viri mollis. Iuſtitia legalis eſt virtus diſtincta. Lex talionis interdum iniuſta. Volenti non fit iniuria.

X.

VOLVPTAS eſt perfectio operationis in cognoſcente; ex genere ſuo bona; quæ verò habet Deum pro obiecto eſt optima, & beatitudinis compars. Amicitia eſt beneuolentia mutua non latens &c, inter improbos nulla. Beatus amicos habebit, tàm in proſperis quàm in aduerſis; non tamen plurimos, ne nullos; pro iis ſemel adeptis vbi res poſtulabit vitam ponet.

EX OECONOMICA ET POLITICA.

I.

HOMO ad ſocietatem à natura deſtinatus, fœlici neceſſitate fuit compulſus; nec enim beate vixiſſet ſine ſocietate; quæ non niſi mutuis imperantium, & obſequentium officijs contineri potuit, ſeruorum quidam ſunt à natura, alij ab inſtitutione. Seruitus legalis poteſt eſſe iuſta.

II.

MVTILORVM fœtuum, vel nondum natorum cædem vetat natura. Poſſeſſionum communitatem, diſſentio, & ſocordia. Rempublicam melius regit optimus Princeps, quam optimæ leges. Legum anima iudex, is ſemper iudicabit ſecundū allegata & probata.

III.

EGET Reſpublica præſidio militum, nobilium maximè. Nec enim eſt nobilitas præpotentum ciuium commētum, ſed vera generis virtus; nobilium, iudicum, legum, principum vis ad fœlicitatem ciuitatis, ſine munimento Religionis imbecilla.

EX METAPHISICA.

I.

METAPHYSICA omnium ſcientiarū princeps & rectrix, ipſiſſima ſapientia eſt: eius obiectū eſt ens ab omni materia abſtractum, vt per primas cauſas, primaque principia cognoſcendum. Ens aliud reale, aliud rationis. Hoc non fit à ſenſu, vel appetitu, ſed ab omni intellectu.

II.

HABENT omnes creaturæ potentiam obedientialem, à ſe indiſtinctā, quà quidquid Deo placuerit recipiant, vel operentur. Abſolutè ergo violentum nihil quod in creaturis egerit Deus. Nulli eſſentiarum actus reales ſunt æterni, nec ab exiſtentijs diſtincti. Primum cognitionis principium. Impoſſibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe.

III.

QVINQVE ſunt cauſarum genera, finis eſt id cuius gratia; moraliter non Phyſicè, per eſſe reale, non intentionale influit, Efficientis influxus, actio, inter dum à termino diſtincta, interdum non. Creatio eſt actio tranſiens; ita Deo propria, vt nulli creaturæ, ne vel abſolutà Dei potentià competere poſſit.

IV.

LICET cauſæ ſecundæ verè efficiant; egent tamen primæ influxu vt conſeruentur, & immediato concurſu vt operentur. Hanc determinant, & ab eâ determinantur, non prædeterminantur Phyſicè. Fortuna, caſus, fatum admitti poſſunt, etiam à Chriſtianis ita vt tamen ſummus ſit ordo in partibus vniuerſi.

V.

METAPHISICI iuris eſt aliquatenus anima rationalis. Spiritualis eſt. Indiuiſibilis, & partium expers, à corpore ſeparabilis, & immortalis naturà ſuà. Eius immortalitas demonſtratur; ſtatus ſeparationis à corpore ei naturalis eſt. Separata differt eſſentialiter ab Angelo, vnam hominibus omnibus communem eſſe figmētum eſt. Totuplex quotuplex homo.

VI.

ANGELOS eſſe, non modo ſuadet ratio, ſed demonſtrat, ſunt actus ſubſtantiales completi, ſpirituales materiæ formæ, & quantitatis expertes, hominum cuſtodes; liberas cogitationes cordis ſine directione non noſcunt. Corpora interdum aſſumunt; in ijs operationes vitæ vegetatiuæ, vel ſenſitiuæ exercere non poſſunt.

VII.

DEI exiſtentia non à priori, ſed à poſteriori demonſtratur. Vnicus eſt, ſolus infinitus; omne enim ab eo infinitum actu perfecto, vel æternum chymæricum eſt. Rerum omnium ideis fœcundiſſimus eſt; Omnibus præſens, omnibus prouidus, non tamen eſt in ſpatijs imaginarijs, & vltra-mundanis.

EX PHYSICA.

I.

PHYSICA eſt ſcientia ſpeculatiua corporis naturalis vt naturale eſt: eius principia non ſunt atomi Democriti, anaxagoræ panſpermia, vel vnum ex elementis; non ſunt etiam infinita, ſed finita: duo compoſitionis, materia, & forma: tria generationis; materia, forma, & priuatio.

II.

MATERIA eſt pura potentia Phyſica, non Metaphyſica; habet enim propriam exiſtentiam ab exiſtentia formæ diſtinctam. Eſt formarum commune ſubiectum, omnium capax & auida; etiam corruptarum; ſingulis ſpoliari poteſt; omnibus nunquam naturæ viribus.

III.

SVÆ ſunt corporibus ſimplicibus, & mixtis formæ ſubſtantiales; quæ ante generationem neque ſecundum ſui inchoationem, neque ſecundum exiſtētiam actu in materiâ præexiſtunt, ſed tantum potentiâ, è quâ omnes, ſi rationalem excipias ab agentibus naturalibus educuntur; extra quam naturaliter conſeruari non poſſunt.

EX PHYSICA.

IV.

NATVRA eſt principium motus &c. Duplex eſt, materia, & forma; vtraque corpori eſſentialis; differt earū vnio ab iis; non item compoſitum à partibus vnitis. Ars naturam imitatur, eius opera moliri poteſt; etiam verum aurum, applicando actiua paſſiuis.

V.

QVANTITAS eſt materiæ coœua, ab ea realiter diſtincta; ei ſoli non toti compoſito inhærens; cuius compoſitionē ex indiuiſibilibus aſſerere, à veritate plane alienum, ex partibus infinitum diuiſibilibus, ſine indiuiſibilium copulantium, vel terminantium admixtione, longè tutius.

VI.

LOCVS eſt ſuperficies corporis ambientis prima & immobilis; eius immobilitas à fixis mundi punctis eſt repentenda, vnum corpus in pluribus locis, vel plura in vno loco naturæ viribus poni non poſſunt; diuinitùs poſſunt. Vbi non eſt entitas modalis à loco, & re locata diſtincta.

VII.

VACVI nullus finis aut opifex in natura: nec enim ad motum requiritur, quin imo naturalem & violentum omnino impediret: nullum eſt itaque intra, vel extra mundum, corporibus inſitum, aut ab ijs ſeparatum Ita naturæ aduerſatur, vt ne Angelus in eam; imò nec ipſe Deus illud inducere poſſit.

VIII.

MOTVS eſt actus entis in potentia quatenus in potentia, omne quod mouetur debet eſſe diuiſibile: quod mouet contactum habere cum mobili. Proiecta mouentur à projectore vt cauſa præcipua: medio vt inſtrumētaria. itaque impetus, qui ſit qualitas à proiectore, proiecto, vel medio impreſſa prorſus inutilis.

IX.

MVNDVS eſt compages ex cœlo terraque, & ijs quæ intra ea continentur. Vnicus & perfectus à deo creatus. In nihilum redigi poteſt, Deo ſub ducente influxum, quem libere largitur, ſed à natura ſua ita eſt incorruptibilis, vt non ſeneſcat, ſed ſenio indomitus in æternum durare poſſit. Nec idcirco potuit eſſe ab æterno.

X.

COELESTIA ſunt corpora ſimplicia; materia, forma, & quantitate prædita. Mouētur ab intelligentijs mouent inferiora corpora, hominum voluntates inclinant, non neceſſitant. Incertæ itaque aſtrologorum prædictiones, nec enim ex ſiderum aſpectu hominum temperamenta, nec in temperamentis totius vitæ exitum certo cognoſcere poſſunt.

XI.

QVATVOR elementis præter qualitates inſunt formæ ſubſtantiales. Forma & generans mouēt ea ad loca naturalia, in quibus nequidem per niſum grauitant aut leuitant. Leuium, & grauium; proiectorum in medio concitatioris motus cauſa eſt agitatio medij.

XII.

AD rarefactionem & condenſationem non requiritur intruſio, aut expreſſio corpuſculorum: ſufficit ſola mutatio extenſionis in eadem materia & quantitate. In generatione & corruptione ſubſtantiali non fit reſolutio vſque ad materiam primam. Anima eſt actus primus corporis organici.

XIII.

VNICA eſt in vno viuente anima: formarum partialium conſortium in eadem materia excludens, Rationalis vt forma coniungitur corpori, eatenus naturalior eſt ei cum corpore coniunctio, quam ſeparatio. Totum ſuum eſſe immediate habet à Deo per creationem; dum corpori infunditur, fabula ergo metempſycoſis.

Propugnabit, Deo aſpirante, CLAVDIVS LE FILLEVL Lexouienſis, Die Martis 10. Auguſti quæ Sancto Laurentio eſt ſacra, Anno Domini 1660. à prima ad veſperam.

Arbiter erit STEPHANVS DE BVRTIO Philoſophiæ Profeſſor.

PRO QVARTO ACTV PVBLICO ET LAVREA ARTIVM.